Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



SAPI

horum que michi dant. Nam
ipse sapientie dux est. sapientiam
eum est dator. In manu eius illi
et nos et sermones nostri et omnis
sapientia et opum discipline
Ipse enim dedit michi horum q
sunt scientiam veram. ut sciam
dispositionem orbis terarum et vir
tutes elementorum. Initium
et consumationem et mediatatem
temporum mutationum. permuta
tiones et mutationes omnium et
eius horum permutationes et diui
siones temporum. annorum cursus
et stellarum dispositiones. natu
ras animalium et iras bestiarum
ventorum et cogitationes ho
minum. et differentias arborum
et virgultorum et virtutes ra
dicum. et quecumque sunt abscon
dita et improuisa didici omnium
enim artifex docuit me sapiam
Est enim in illa spiritus intelligen
tie sanctus unicus multiplex
subtilis mobilis disertus inco
inquinatus certus suauis. a
mans. bonus acutus. qui michi
uetat bene facere. benignus. hu
manus stabilis certus securus
omnem habens virtutem omni
potentem et qui capiat spiritus
~~est~~ intelligibilis mundus sub
tilis omnibus ~~est mobilior~~ enim
mobilibus mobilior est sapia
Attingit autem ubique propter suam
munditiam. Vapor est enim uir
tutis dei et emanatio quedam
est claritatis omnipotentis di
sincera et ideo michi inquinatum
nilla incurrit. Candor est enim
lucis eterne et ~~spiritum~~ speculum
sine macula dei maiestatis et
imago bonitatis illius et cum
sit una omnia potens et pma
nens nisi omnia innouat et
per nationes maximas sanctas
se transfert. Amicos dei et phe
tas constituit. Nemmem enim
dilexit deus nisi eum qui cum sa
pientia habitat. est enim hec spe
ciosior sole et super omnem stellarum
dispositionem. luci comparata inue
nitur prior illi enim noctis succedit
Sapientia autem malicia non
vincit. VIII
Attingit autem ergo a fine
usque ad finem fortiter et disponit
omnia suauiter hanc amaui
et exquisiui eam a iuuentute mea
et quasiui sponsam michi eam as
sumere et amator factus sum
forme illius. Generositatem n
lius glorificat contubernium habes
dei. sed et omnium dominus dilex
illam. doctrix est omnium disci
pline dei et electrix operum illius.
Et si diuitie appetuntur in vita
quid sapientia locupletius que
omnia operatur. Si autem sensus
operatur quis horum que sunt
magis quam illa est artifex. Et
si iustitiam quis dilexit labores